



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Methodvs Expeditæ Commvniõnis Tum pro Sacerdotibus,  
tum pro omnibus fidelibus communicaturis**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

An extra sacrificium possit se ipsum Sacerdos communicare, §. 5.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41783**

thoritatem extrinsecam, probabiles.

*d Suar. de  
Euc. d. 67  
sec. 1. §.  
sed quæret  
aliquis.*

27 At, quot peccata committit, qui se ipsum in mortali communicat? Respondeo Suarez *d* docet in hoc peccato adesse duas malitias, alteram sacrilegæ receptionis, alteram infidelis administrationis. Illud certum judico (quod nobis satis est) ex his conflare unicum peccatum, adeoque satis esse in Confessione sic manifestare: Communicavi me ipsum graviter indignè. Sicuti qui celebrat in peccato mortali, satis se explicat, dicendo: celebravi indignè graviter.

§. 5.

*An extra sacrificium possit  
se ipsum, Sacerdos com-  
municare.*

*a Filisuo.*

10.1 tr. 4. 28

c. 2. n. 285.

**L**icet probabiliter aliqui  
negent, probabiliter  
etiam



etiam & alii *b* concedunt, posse *b* *Suar. de*  
 Sacerdotem, non solum in ex- *Euc. d. 72.*  
 tremis mortis necessitate; sed *sect. 3.*  
 etiam devotionis causa se ipsum,  
 extra sacrificium, communica-  
 re, si non adsit alius Sacerdos,  
 qui ipsum communicare possit.  
 Ratio est quia cum non adsit, pro  
 hoc Sacramento, præceptum  
 distinctionis personæ ejus, qui  
 recipit, & ejus, qui dat Sacra-  
 mentum; sufficiens, & rationa-  
 bilis causa judicanda est, absen-  
 te alio Sacerdote, Sacerdotem  
 refici velle sacra Eucharistia.  
 An id possit Sacerdos facere non  
 solum manet, sed etiam post me- *c Fagund.*  
 ridiem, vide supra §. 1. num. 5. *præc. Ecc.*  
 29 Quid si adsit Diaconus? *3. l. 3. c. 3.*  
 Debere a manibus Diaconi acci- *n. 7.*  
 pere docent aliqui: *c* sed & alii *d* *Suar. di-*  
 posse, *d* docent, suis manibus: *et d. 72.*  
 utrique probabiliter. Ratio prio- *sec. 3. vide*  
 ris sententiæ est, quia nulla ra- *Lugo de*  
 tionabilis causa est sibi mini- *Euc. d. 18.*  
 strandi. Ratio posterioris est, *sect. 1.*  
 quia



quia ex præsentia Diaconi, cui  
solum competit, ex commissio-  
ne Sacerdotis, ministrare hoc  
Sacramentum, non impeditur  
jus Sacerdotis sibi ministrandi:  
nam potest uti jure suo, & non  
committere, & sic aderit caren-  
tia legitimi ministri. Id quod  
non potest dici, quando alius  
Sacerdos: hic enim de jure ordi-  
nario ministrat, atque adeo,  
præsentem ipso, qui potest, ille  
prior Sacerdos, cum non careat  
legitimo ministro, non judica-  
bitur habere rationabilem caus-  
sam non observandi consuetudi-  
nem accipiendi communio-  
nem, extra sacrificium,  
à manibus legitis-  
sime porrigen-  
dis.

§. 6. An